

FRANCISCUS

Dei gratia, Dux Parma,
Sanctae Romanae Ecclesiae



FARNESIUS

Placentia, Castri, etc.
Consalonarius Perpetuus, etc.

UM bene de Nobis, et Republica merentes menti sepe Nostra occurrant, de potissimum pra oculis semper habuimus Philippum Severini Nobilem Campensis Ho-
rae Civitatis Patritium. Conspeximus etenim virtutum tuarum, ac probitatis morem, probatque Nobilitatis intellu antequam ad Nos accederes, et, Liberorq;
tuos, Nepotes, ac Posteris in perpetuum Anno usque 1677. Ludovico Casali, Sidoro Carducci, ac Barone Gregorio Parricchia C. A. V. C. O. S. Romana Civita-
tate amplissimo documento donatos, in Senatorium Ordinem cooptatos cum facultate liberè in Senatum veniendi, et Sententiam dicendi. Spectavimus
item, quam in pluribus a Nobis aptitudini tuae commissis Provinciae effulsit prudentia, fides, et sapientia. Hisce praesentibus meritis de Civilium Causarum in hac Civitate No-
stramensi Auditorium constituimus; inde inter Consiliarios Nostros adscivimus; eiusdemque Civitatis Subernio postremo preposuimus; et iniquis sane temporibus, dum perseverantes
Bellorum Motus, exorae Exterarum Copiarum Hybernae Stationes, ac summa frugum inopia asperimus undique difficultates, et pericula excitabant, publicamq; felicitatem in maxi-
mum agebant discrimen. Hanc nutantem confirmasse, et penè collabentem sustinuisse vigilantia dexteritate tua, invictaque labori est tribuendum. Hinc nomini tuo, quod tanta segetum
copia sit adveho, ceterisque privatum sit adversitatibus, innumera exerceant laudes, incorruptaq; integritate tua, quod iusta semper reddita sint iudicia, atq; optima habita sit rerum omni-
um ratio, universa Civitas asentitur. Quae omnia quam Nobis grata extiterint, ut tibi quoque essent, perpetua nunc tibi decora gratiaque, et benevolentia Nostra argumenta im-
periti decernimus. Te igitur proferam Philippum Severini, et Filios tuos, si qui erunt, et Descendentes Masculos ex legitimo Matrimonio natos, et procreatos in infinitum motu proprio,
ex certa scientia, et auctoritate Ducali, quae fungimur, Comites facimus, ac Comitum Dignitate, et Titulo insignimus, ac insignitos esse presentium tenore declaramus, ita ut in
posterum fruantur, et gaudeant omnibus iuribus, privilegiis, Dignitatibus, et preminentijs, quibus utuntur, gaudent, et fruuntur omnes alij Comites a Nobis creati, et tam in publicis,
quam in privatis actibus pri veris, legitimis, et conspicijs Comitibus habeantur, tractentur, et reputentur, quibuscumq; in contrarium non obstantibus. In quorum fidem praesentes Manus
Nostras signandas, ac Sigilli Nostrae impressione, et Primi Nostrae Secretarii Status subscriptore munitas expediri mandavimus. Dat. Parmae die 16. Aprilis 1720.

Franciscus Farnesius



SP Privilegium Dignitatis, et Tituli Comitum pro Philippo Severini Nobili Campensi, eiusq; Filijs, qui erunt, et Descendentibus suis Masculis legitimis, in infinitum.

et Descendentibus suis Masculis legitimis, in infinitum.

Mauritius Antiquarius



1720 16/IV

Morbio 28 (37)

